Ὑγιαίνειν. Equidem nō tam obstreperus, tuisque istis arduis negotiis
importunus esse (vir prudentissime) auderem, nisi magnitu-
do, atque adeo iniquitas ipsa morbi, ut maturarem simul ambo,
tum quam tu nob. et opem et cooperatum es pollicitus, tum quā ego,
te fretus, humeris meis, ne hercules longe imparē, suscepi curā,
una cum ipsamet matrona Fortebarbia: cui nō iniuria dies noc-
tesque negotiū hoc molestiss: vrinæ incumbit: adigerent et vrge-
rent invitum. Quare pro tua humanitate interpel-
lationē hanc æqui boniq; consule, ac qua potes fide
aut fidelitate τῆς παραδόξου nr̃e meditatos, nō omit-
tendo dudū communicatas Pharmacorum descriptos (Quas non
D: Gerion, ꝙ Vuolfhardus ipse in usu habuit nobisque ꝑscripsit)
huc mittere procrastinare noli, Et curabo diligent ut non
ingratis te aliquē inservijsse dicere possis. Porro nolo
te ignorare, ꝙ puella ipsa interea tempus, sive oscitante
alijpta, sive papistici unitus culpa, et cocendirē adserti lateris do-
lere, et etiā claudicare magis magisque ꝙ unquam antea consuetis
tamē curatoribus undique recte se habentibus, occeperit.
Vale vir clariss: ꝙ quē semel in tuorum albū recipe-
re nō es dedignatus, nō modo uti soles amare perge, ꝙ etiam
ad quævis libuerit paratissimū experire aliquā ande.
Velcurię 7 Aprilis, post natū servatorē Christū 1545
labente anno

Tuus ut suus
Achilles P: Gassarus L:

Nobili doctiss: q3 Philo=
sopho & Medico D: D:
Ioachimo Vadiano, San=
gallensis civitatis Consuli
circumspectiss: domino ac
preceptori suo charisſ:

Santgallen